

6
DC1412

DC1412









140
Q. D. B. V.

DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM

QVA

LVMINA SYRIACA

PRO ILLUSTRANDO

EBRAISMO SACRO

EXHIBENTVR,

PRAESIDE

D. CHRISTIANO BENEDICTO

MICHAELIS,

THEOLOGIAE ET LINGVARVM GRAECAE AC
ORIENTALIVM PROFESSORE ORDINARIO,

D. XXIX. SEPTEMBRIS MDCCLVI.

EX CATHEDRA PVBLICA DEFENDET

GOTTHILF EPHRAIM HENTSCHEL,

SCHLICHTINGSHEIMIENSIS POLONVS,

S. S. TH. CVLTOR.

HALAE MAGDEBVRGICAE

TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

(6 $\frac{1}{2}$)





LUMINA SYRIACA
 PRO
 ILLUSTRANDO EBRAISMO SACRO.

S V M M A R I A.

- Linguae, Chaldaica, Syriaca, Samaritica, Arabica, Aethiopica, Ebraeae adfines sunt §. I.*
Indeque Ebraeae passim adfundunt lucem §. II.
Praefens tractatio eo comparata, ut Ebraea lingua ex Syriaca illustretur ratione tum orthographiae tum etymologiae, et tamen huius nonnisi generalioris §. III.
Orthographicae tractationis partes quatuor, consonantes, vocales, notae diacriticae, tonus §. IV.
Ex consonantibus huc maxime spectant quiescentes dictae, Aleph, Vau, Iod §. V.
Aleph Ebraeis aliquando ut Iod lectum §. VI.
Aleph cum Vau, Vau cum Aleph commutatum, per merum anti-stoechum, eodem vocum, licet diuersimode scriptarum, manente significatu §. VII.
Iod initiale cum substrato Schua vel Chirek Ebraeis aliquando ut Aleph pronunciatum §. VIII.
Aleph in medio vocis post Schua quiescit, vocali sua ad praecedentem litteram remissa §. IX.
Aliquando et otiaitur, penitusue excidit §. X.
Idem Aleph vocali vacuum post Schua, itemque Iod ac Sin, post vocalem otiantur aliquando §. XI.
Iod initiale vocum, vocali Chirek notatum, post Schua Praefixorum

A rum

- rum oriatur, remissa ad haec vocali sua §. XII.
- Ratio probabilis, cur in Suffixo verbali פָּ Patach pro Kamets sit, ex Syrisimo reddita §. XIII.
- Puncta diacritica cum punctis vocalibus, aut illorum alia cum aliis, ubi geminari debuerant, per compendium coniuncta, nonnisi semel ponuntur §. XIV.
- Dagesch, Thau mediano vocis פֿתּוּ impressum, quale, et unde sit §. XV.
- Aleph initiale in Verborum Futuris, ac Imperatiuis, et in quibusdam Nominibus, pro Schua composito habet Tere §. XVI.
- Tonus vocum num sit in antepenultima syllaba? §. XVII.
- Tonus ante Suffixum nominale i. pers. 3. anomalice in penult. syllaba suspensus §. XVIII.
- Etymologicae tractationis ordo secundum partes orationis, Verba, Nomina, Partidas §. XIX.
- Ratione Speciei Verba quadrilittera cum Nominibus inde deductis, sunt derivatiua, cuius derivationis modus ostenditur §. XX.
- Verba irregularia formas suas interdum permutant eodem aut cognato significato; et contra, diversam pro diuerso significato subeunt flexionem et formam §. XXI.
- Coniugationum prima Kal, habens sub media radice Tere, capitur intransitiue et quasi passivae §. XXII.
- Alter Niphal aliquando passiva ex Hipbil format §. XXIII.
- Verba neutra interdum pro passivis §. XXIV.
- Contra, passiva aliquando pro actiuis §. XXV.
- Inprimis Niphal actiue capitur in notandis animi corporisue passionibus, aut ubi agitur ex aliorum ope, permissione et iusu §. XXVI.
- Verba passiva pro actiuis reciprocis §. XXVII.
- Eadem significant actiones mutuas §. XXVIII.
- Flexio Verborum aliquando syrisans §. XXIX.
- Nominum formae post Kamets sub i. rad. et (si propria sint) sub prima littera quacunque, implicantes Aleph quiescens §. XXX.
- Aliae sub media radice post Schua habentes Kamets impurum §. XXXI.
- Aliae per ם vel ן explicite auctae in fine, vel per analogiam pro talibus concipiendae §. XXXII.
- Aliae in fine per Nun auctae significationis intensivae; illarum terminatae per ן vitii expertes; auctae per adformativas syllabas ן

ן vel ןן non compositae, sed
simplices §. XXXIII.

Aliae Nominum actiuorum verba-
lium, ex Infinitiuus Piel, Hi-
phil et Hichpacl deductorum,
cum Kamets penultimo impuro
§. XXXIV.

Ratione motionis Nomina quaedam
per ך vel ך aucta in fine, fe-
minina sua formant adiectio in
Singulari ך et in Plur. ך.

Alia vero feminina per ך loco
ן terminant §. XXXV.

Ratione Numeri sunt masculina,
quae in Plurali ut feminina, et
feminina, quae in Plurali ut ma-
sculina terminantur §. XXXVI.

Particularum separatarum aliquas
habent formam status constructi
Nominum: inseparabiles adfi-
xae ך et ך pro ך et ך,
ך pro ך, ך pro ך, ך ex-
tra pausam pro ך §. XXXVII.

§. I.



linguae Orientales, Chaldaica, Syriaca, Samariti-
ca, Arabica, Aethiopica, et, qua Talmudicum
corpus consignatum est, Rabbinica, cum Ebrai-
ca, qua sacri scriptores V. T. vsi sunt, talem fere
cognitionem habent, qualem vernacula nostra
siue cum antiquis, Gothica, Anglo-Saxonica,
Francicaque, siue cum hodiernis Belgica, An-
glica, ac borealibus, Danica, Norwagica, Islandica, Suecica.
In propatulo res est, et experientia constat apud omnes, qui vel
extremis, quod aiunt, labris illarum linguarum studia degusta-
runt: et vero, si cui forte adhuc dubia esset, eum ad EDM. CA-
STELLI *Lexicon Heptaglotton*, vbi linguarum illarum voces omnes,
ordine alphabetico sub singulis radicibus digestae, explicantur,
quodque Londini anno cıııııııııııı in folio maiori prodiit,
amandamus.

§. II.

Quemadmodum autem vernacula nostra ex modo dictis ad-
finibus linguis, ob communes cum illis origines, per clarissimos
acui nostri Philologos, ac nominatim per Celeberr. ıı. GEORG.

A 2

WACH-

WACHTERVM in praestantissimo *Glossario Germanico*, et 10. LEONH. FRISCHIVM im *Teutsch-Lateinischen Woerterbuch*, egregiam accepit lucem; sic dubitari nequit, quin et Ebraea lingua ex adfinibus sibi, quas memorauimus, Orientis dialectis lucem non minus proficuum capere possit. Cuius rei tum necessitatem tum vsum ex Iudaeis vidit DAV. KIMCHIVS, praefatione in *Librum radicum* scribens: *Si qua vox in Scriptura sacra semel tantum exstet, eius declarationem adfero ex Mischna aut ex Gemara, ex Graeca lingua aut Arabica, (addi vero debuisset Chaldaica inprimis atque Syriaca:) quia istae omnes iuuant ad intelligentiam sermonis Ebraici. Hic enim antiquissimus quidem et perfectus est; sed notitia eius apud nos, ob diuturnitatem exilii nostri, valde decreuit. Et sic de magistris nostris h. m. compertum habemus, שהיו לימדים לשון מלשון, eos linguam Ebraicam didicisse ex linguis aliis.* Ex Christianis vero SAM. BOCHARTVS, EDVARD. POCOKIYS, ALB. SCHVLTENSIVS, aliique praestantissimi viri, fructum ex harmonia adfinium Orientis linguarum in Ebraismum redundantem, quem IAC. GVSSETIVS praefat. in *Comment. linguae Ebr. p. 6. seq.* temere in dubium vocauit, copiose offenderunt.

§. III.

In praesenti animus nobis est, sacri Codicis Ebraismum ex Syriaca lingua, quae post Chaldaicam, quacum commune nomen *Aramaee* gerit, vnamque suo modo linguam constituit, quam proxime abest, illustrare. Quod dum agimus, eo quidem ordine, qui philologico siue grammatico argumento apprime conuenit, incedere possemus; vt primo ex *orthographia*, deinde ex *etymologia*, tum vero ex *syntaxi* Syrorum, lucidiorem Ebraismum efficeremus: cum tamen sic nimis ampla futura esset scriptio nostra, in praesenti prioribus tantum partibus, hoc est, *orthographicae* et *etymologicae*, et huic non nisi generaliori, nos adstringemus, spe ducti, fore, vt haec opella nostra nec infructuosa nec superuacua sit futura. Quamuis enim hac in re iam praecuerit nobis Celeberr. ALBERT. SCHVLTENSIVS in *Institut. ad fundamenta linguae Ebr.* Lugd. B. a. CIOICCCXXXVII. in forma quarta emissis, vbi Sect. XII. p. 464 — 499. rariores Ebraeae linguae

PRO ILLUSTRANDO EBRAISMO SACRO. §

guae formationes ex Aramaea dialecto illustravit; tamen id ita fecit, ut spicilegium reliquerit nobis, nec verendum sit, ut eum exscriptis videamur, dummodo nostra cum illius hanc in rem dictis conferantur.

§. IV.

Quod igitur ad ORTHOGRAPHIAM, dispiciendum nobis erit de quatuor momenti descriptionis et lectionis, hoc est, 1. de *Consonantibus*, 2. de *Vocalibus*, 3. de *Notis diacriticis*, 4. de *Tono*, ex Syrisimo illustrandis.

§. V.

EX CONSONANTIBVS in censum heic maxime veniunt tres sic dictae *Quiescentes*, א, ו, ו, (nam ו apud Syros non minus, quam apud Arabes et Aethiopes, a quiescentium classe abest:) de quarum tum lectione, tum quiete et otio, aliqua hic adferemus, quae lucem Ebraismo ex Syrisimo dabunt.

§. VI.

De prima igitur harum litterarum, *Aleph*, observamus, eam ab Ebraeis ut alias, ita in medio formarum participialium primae Coniugationis Praesentis Temporis aliquando ut *Iod* lectum fuisse videri. Nam quod 1 Sam. XXII, 18. 22. ter in Cthib est דוֹגֵג *Dojég* per *Iod*, id in Keri est דוֹגֵג *Doëg* per *Aleph*. Et posterior quidem scriptio convenit etymologiae, secundum quam proprium illud *Doëgi* nomen a דוֹגֵג *solicitum esse* descendit; posterior vero lectioni דוֹגֵג *Aleph* in *Iod* degeneranti, qualis apud Syros frequens. Nam hi non solum radicis mediam *Olap* in Coniugationibus Pael et Ethpaal in *Iud* mutant, ut quum ex Ebr. דוֹגֵג vel דוֹגֵג *tranquillum esse*, dicunt דוֹגֵג *tranquillare*, et דוֹגֵג *tranquillari*, et ex דוֹגֵג *bonum esse*, דוֹגֵג *aptare*, et דוֹגֵג *aptari*; plane ut et Ebraei pro דוֹגֵג vomite דוֹגֵג scripserunt Jer 25, 27. verum etiam in Participio Praesenti, saltem Verborum mediae

Vau, idem *Olaph* vt *Iud* legunt, vt כֹּזְמִים *kojêm* pro *koïm*, et secundum aliquos etiam עֵל *ojël* pro *oël*, שְׂחֹזַי *schojêi* pro *schoël*: de hoc videatur Praefidis Syriaſmus p. 8. de illa vero p. 57. Eodem referri poteſt, quod Syri ex שְׂחֹזַי fecerunt שְׂחֹזַי *infernus*, ex שְׂחֹזַי *caput*; et quod Ebraei טֵט *N* aliquando per Dageſch geminant, v. g. in יְבִיאֵן *Iob. XXXIII, 21.* יְבִיאֵן *Gen. XLIII, 26.* *Eſdr. VIII, 18.* וְיַבִּיאֵן *Leu. XXIII, 17.* quod fieri vix poſſet, niſi et in his exemplis *N* vt ו legeretur.

§. VII.

Sunt item bina ſacri Codicis loca, vbi lectio textualis, ſive *Cthib*, haber ו per *Vau*, marginalis vero, ſive *Keri*, נ per *Aleph*, *I Sam. II, 16. c. XX, 2.* quarum ſcriptionum prior ordinarie valet *ei*, poſterior vero *non*: vnde videri poſſet, diuerſarum illarum lectionum contrarios eſſe ſenſus, vt quod ſecundum illam adfirmaretur, contra per hanc negaretur, graui legentium incommodo. Itaque IO. CLERICVS in *Comment.* ad locorum poſtiorum, praecipitanter nimis, in *Codice*, inquit, quem *Maforethae ſequuti ſunt*, ad conſtituendum textum Ebraicum, vicioſe ſcriptum erat ו pro נ . Recte vero MATTH. HILLERVS libro *de Keri et Cthib* p. 72. ſq. ſtatuit, variam hanc ſcriptionem mero antiſtoecho, ſeu permutationi litterarum *N* et ו , acceptam ferri debere, ita vt illarum vna ו non minus, quam altera נ , negatiue capiatur pro *non*: quomodo ceſſat vicioſae ſcriptionis probrum. Pari ratione ex quindecim illis locis, in quibus ſecundum *Maforam* ad *Leu. XI, 21.* contra in textu נ , in margine vero ו ſcribitur, ſequentes hoſce conciliare nobis licebit, *Eſa. LXIII, 9.* *Pſalm. CXXXIX, 16.* et *Prou. XXVI, 2.* vt nempe tam *Keri* ו , quam *Cthib* נ , ſignificet *non*, ac adeo ambo non magis differant, quam conſimiles voculae, quae ſub diuerſa orthographia ſignificando coincidunt, נֶפֶשׁ et פֶּה *heic*, נֶפֶשׁ et נֶפֶשׁ *igitur*, *Iob. XXXVIII, 11.* *Gen. XXVII, 33.* *Iob. XIX, 33.* nominaque propria יָפוֹ et יָפוֹ
Ioppe,

PRO ILLUSTRANDO EBRAISMO SACRO. 7

Ioppe, Efdr. III, 7. Ion. I, 3. עֲדוּא et עָדוּ *Iddo*, Efdr. V, 1. Zach. I, 1. Confirmat sententiam nostram Syriaſmus, in quo eadem negatiua Particula *non*, itidem ordinarie quidem ׀, vt Ebraeorum אֵל, aliquando tamen et אַל, quod אֵל לֹא ex asse responderet, scribitur, v. g. Ioan. I, 13. Rom. VIII, 12. Pſal. C, 3.

§. VIII.

De *Iod* initiali, eoque per Schua vel Chirek notato, probabile est, lectum id aliquando veteribus fuisse ad instar *Aleph* seu spiritus lenis: v. g. יַחֵל *ijachel*, יִשְׁמַע *ischmah* cet. Colligere id licet tum ex traditione SALOMONIS BEN MELECH in *Michlat Iopbi* ad Mich. V, 6. vbi כְּשֶׁחֲחִיהָ שׁוּא עַל הַיּוֹד הַטּוֹה, חֲכָלָל בְּחִירָה לְעוֹרָם בַּחֲרוֹק *Regula est*, inquit, *vt vbi est Schua apud Iod, deflexa nonnihil lectione pronuncietur vt I vocale*; tum ex vsu interpretum LXX Graecorum veterisque Latini, quo sic inchoata nomina Ebraeorum propria expresferunt, vt יִגָּאֵל *Igal*, יִדִּיתוּן *Idithun*, יִטְרָאִי *Ituraei*, יִצְחָר *Isaar*, יִצְחָק *Isaac*, יִשְׁמִיאֵל *Ismael*, יִשְׂרָאֵל *Israel*, יִשְׁפָּרָא *Iffachar* cet. Robur accipit haec coniectura ex analogia tum Aethiopicæ linguae, in qua ሰገር: cum similibus formis legitur *igebv* pro *jegebr*, coll. IOBI LVDOLFI *Gramm. Aeth.* lib. I. c. V. p. 11. tum, quod nostri inprimis instituti est, Syriacæ, vtpote in qua *Iud* initiale cum subſtrata vocali I, etiam vbi ex Syrorum idiomate vicem אֵל Schua Ebraeorum explet, legitur vt *Olabh*, v. g. אֵלֵד pro *jiléd*, et hoc pro אֵלֵד *jeléd*, peperit; idque perpetuo et sine vlla exceptione, coll. Praefidis Syriaſmo p. 4. Indidem duo adhuc illustrari poſſunt linguae Ebraicæ phaenomena: vnum, quod 2 Sam XIV, 19. pro יֵשׁ seu יֵשׁ *est*, (vii a בֶּן *filius* in constructione dicitur בֶּן vel בִּן) scribitur אֵש; alterum, quod Dauidis pater, qui 1 Par. II, 12. et alibi יֵשׁ *Jifchai*, idem ibidem v. 13. mox אֵשׁ *Iſchai* adpellatur, diuer-

diuersa quidem scriptione, sed lectione eadem: plane vt apud Sy-
ros indifferenter et scribitur et legitur ܘܢܝܫܘܢ et ܘܢܝܫܘܢ *Israel*; et
vt iidem scribunt ܕܝܢܝܘܢ *dies* et ܐܢܘܢܝܘܢ *honor*, ex Chald. ܝܡܝܢܐ et
 ܝܩܪ , coll. iterum Praefidis Syriaismo p. 4. seq.

§. IX.

Aleph mobile in medio vocis, saepe fit *quiescens*, remissa vo-
cali sua ad praecedentem consonam vocali vacuam: vt Neh. VI, 8.
 ܒܘܪܝܢܐ pro ܒܘܪܝܢܐ *comminiscens ea*; Num. VIII, 6. et alibi saepe,
 ܚܘܫܐ constructum (nam absolutum est ܚܘܫܐ) pro ܚܘܫܐ *pecca-*
ta, ad instar ܡܒܥܬܐ *annuli* et ܫܒܬܐ *sabbata*; Cohel. X, 5. ܝܘܨܐ pro
 ܝܘܨܐ , et hoc pro ܝܘܨܐ *exiens*; Dan. VIII, 9. ܝܘܨܐ pro ܝܘܨܐ , et hoc
pro ܝܘܨܐ *exiit*; Ex. XII, 16. et vbique ܡܠܐܚܐ pro ܡܠܐܚܐ *opus*,
formae ܡܡܠܚܐ *regnum*; item Ex. XXXV, 24. et alibi semper
 ܡܠܐܚܐ constructum, et semel 2 Par. XIII, 10. absolutum, pro
 ܡܠܐܚܐ idem, formae ܡܡܠܚܐ , vt liquet ex integris et *Aleph*
mobile habentibus formis Psal. LXXIII, 28. ܡܠܐܚܐ , et 1 Par.
XXVIII, 19. ܡܠܐܚܐ ; Exod. XXXI, 5. ܡܠܐܚܐ pro ܡܠܐܚܐ *implere*;
Gen. XI, 23. et alibi semper, ܡܠܐܚܐ pro ܡܠܐܚܐ *ducenti*, Ier. X, 5.
 ܡܠܐܚܐ pro ܡܠܐܚܐ *portantur*; et 1 Reg. XVIII, 32. ܡܠܐܚܐ pro
 ܡܠܐܚܐ *duo sata*, a singularibus ܡܠܐܚܐ *centum* et ܡܠܐܚܐ *satum*; Ez.
XVII, 6. et alibi, ܡܠܐܚܐ pro ܡܠܐܚܐ *rami*, et Esa. X, 33. ܡܠܐܚܐ pro
 ܡܠܐܚܐ *ramus*; Esa. XXIX, 7. ܡܠܐܚܐ pro ܡܠܐܚܐ *oppugnantes eam*;
Gen. XXVII, 40. et alibi, ܡܠܐܚܐ pro ܡܠܐܚܐ , inserto *N* epen-
theticum seu formatiuo quadrilitterorum, vt in ܡܠܐܚܐ *sinistrum la-*
tus, et apud Arabes in ܡܠܐܚܐ vel ܡܠܐܚܐ *securus, restus fuit*, ܡܠܐܚܐ
cohor-

cohorruit, אִסְמַדִּי^ע *intumuit ira* cet. item לקראתי, לקראתך, pro
 לקראתי, לקראתך *in occursum meum, tuum*, cet. 2 Sam. XXI, 2.
 קנאתו pro קנאתו *zelare eum*; Gen. XLI, 33. ירא pro יראה *vide-*
bit; ראשים vbiq̄ue pro ראש *capita*, a Singulari ראש pro ראש
caput, ad instar ראשון *iuniperi* a ראש; passimq̄ue ראשון *primus*
 cum suis deriuatis, pro ראשון, formae ישימון *solitudo* et
 שפיפון *cerastes*; nec non ראשית pro ראשית *principium*, ad instar
 שארית *residuum*; et Ez. XXXVI, 11. מראשתיכם pro מראשתיכם
prae initiis vestris, ab absoluto ראשה pro ראשה, formae צפירה
diadema; שמאל *sinistrum latus*, et שמאלי *sinister*, pro שמאל et
 שמאלי; siue illud א epentheticum fit, vt in paulo ante adducto
 צואר *collum*, siue adiectum in fine fit ל, vt in בעל *culmus lini*,
 indeque denominatiuum 1 Par. XII, 2. משמאלים pro משמאלים
sinistrâ iaculantes, coll. pleniore Verbi forma Gen. XIII, 9.
 אשמאלה *in sinistrum tendam*, et Esa. XXX, 21. אשמאלה *ibitis in*
sinistrum. Quibus ex Nominibus propriis haecce, quae sequun-
 tur, adiciamus: Hof. X, 14. ארבל *Arbel*; Dan. I, 6. et alibi
 דניאל *Daniel*; 1 Par. XII, 7. יועלה *Ioëla*; Hof. I, 4. et
 2 Reg. IX, 10. יזרעאל vel יזרעאל *Iezreël*; Ez. I, 3. et alibi, יחזקאל
Ezechiel; Gen. XVI, 11. et alibi, ישמעאל *Ismael*; Iof. XV, 44.
 et alibi, מראשה *Maresëba*; pro יועלה, דניאל, ארבל,
 יזרעאל, יחזקאל, ישמעאל, מראשה, et secundum Cel. 10. SIMO-
 NIS Onomast. V. T. pag. 329. Deut. I, 1. פארן pro פארן *Paran*.
 Quod priusquam ex Syriasmō illustremus, aliud, idque simile
 phaenomenon adferre iuuabit.

§. X.

Nempe idem *Aleph* medianum, quod per analogiam mobile debuerat esse, remissa ad praecedentem consonam vocali, *oriatur*, et hoc duplici modo: 1) *post vocalem longam* aut *longae vicariam*, si alia praecedat vel sequatur quiescens littera; vt Esa. XXX, 5. **דּוּבְאִישׁ**, quae mixta forma est ex **הַבְּאִישׁ** et **הַבִּישׁ** *pudefactus est*; Iob. XIX, 2. **תִּדְכְּאוּנִי** pro **תִּדְכְּאוּנִי** *conteretis me*; I Reg. XIV, 16. et alibi saepe, constructum **חַטָּאוֹת** pro **חַטָּאוֹת** *peccata*; I Sam. XIV, 33. **חַטָּאִים** pro **חַטָּאִים** *peccantes*; Ios. XXIV, 14. et alibi, **יִרְאוּ** pro **יִרְאוּ** *timete*; Neh. XII, 38. **לְמַאוֹל** pro **לְמַאוֹל**, et hoc pro **לְמַוֹל** vel **לְמוֹל** *ex aduerso*; Iob. XXXI, 7. et Dan. I, 4. **מַאוֹם** pro **מַאוֹם**, et hoc pro **מַוֹם** *labes*; Dan. IX, 2. et alibi, **מְלֹאוֹת** pro **מְלֹאוֹת** *implere*; Ier. L, 20. **חַטָּאוֹת** pro **חַטָּאוֹת** *inueniuntur*; Iud. IV, 19. **נְשָׂאוֹת** pro **נְשָׂאוֹת** *uter*; Neh. V, 7. **נְשָׂאוֹת** pro **נְשָׂאוֹת** *focernerantes*; Ez. XXIII, 49. **חַטָּאוֹת** pro **חַטָּאוֹת** vel **חַטָּאוֹת** *feretis*, ad instar illius Ez. XVI, 50. **חַטָּאוֹת** *et exaltatae sunt*; Ier. X, 5. **יִנְשָׂאוּ** pro **יִנְשָׂאוּ** *ferentur*; Psal. CXLIV, 13. **צֹאנֵנוּ** pro **צֹאנֵנוּ**, et hoc pro **צֹאנֵנוּ** *oues nostrae*; Iud. VIII, 1. **קְרָאוֹת** pro **קְרָאוֹת**, et hoc pro **קְרָאוֹת** *vocare*; Psal. IC, 6. **קְרָאוֹת** pro **קְרָאוֹת** *vocantes*; Ios. XXI, 10. **רְאִישָׁנָה** pro **רְאִישָׁנָה** *primum*; Esdr. II, 69. **רְבָאוֹת** pro **רְבָאוֹת** *myriades*; Num. XX, 17. et alibi, **שְׂמֹאוֹל** pro **שְׂמֹאוֹל** *sinistrum latus*. Quibus adde ex propriis Ios. XII, 29. **מְרֹאוֹן**, vel vt alii scribunt, **מְרֹאוֹן**, pro **מְרֹאוֹן** *Meron*; et patronymicum **רְאוּבֵנִי** pro **רְאוּבֵנִי** *Rubenita*, vbique. 2) *Post vocalem breuem*; vt Ex. XXX, 10. et alibi, constructum **חַטָּאוֹת** pro **חַטָּאוֹת** *peccatum*, quomodo et semel Zach. XIII, 1. in statu abso-

luto;

luto; Gen. II, 2. et alibi, מְלֹאכְתּוֹ, מְלֹאכְתָּךְ, pro מְלֹאכְתְּךָ, מְלֹאכְתּוֹ, opus tuum, suum; Deut. XXIV, 10. מִשְׁחָת pro מִשְׁחָת mutuum; Esa. XXVII, 8. סִסְמָה pro סִסְמָה modius; Zach. XI, 5. וְאֶעֱשֶׂר pro וְאֶעֱשֶׂר et ditabor; Jer. XXVIII, 10. 11. 12. 14. צִנָּר constructum, pro צִנָּר collum; passim quoque לְקִרְיָתָהּ pro לְקִרְיָתָהּ in occursum. Forte et Esa. X, 13. secundum Cthib כֶּאֱבִיר pro כֶּאֱבִיר ut validus; quomodo saltem facilius inde Keri כֶּבִּיר validus existere potuit: et ex propriis תְּלַאֲשֶׁר pro תְּלַאֲשֶׁר *Tbelasfar* 2 Reg. XIX, 12. Syrifimum sapiunt ista, tum heic tum superiore §. IX. a nobis adlata, phaenomena. Nam apud Syros hoc non forte tantum aliquando aut saepe, sed vbique et citra exceptionem vllam contingit, vt *Olaph*, quoties secundum analogiam debuisset praecedentem habere litteram vocali destitutam, tories, ad hanc remisfa vocali sua, quaeque fuerit, quiescat aut otietur: vt אֶזְיָא pro אֶזְיָא sanatus est, אֶזְיָא pro אֶזְיָא et comedit, אֶזְיָא pro אֶזְיָא impari, אֶזְיָא pro אֶזְיָא centum, אֶזְיָא pro אֶזְיָא in via, cet. Vide Praesidis Syriaicum p. 6. 7. et 102. sq. Inde autem fit porro, vt *Aleph* plane excidat nonnunquam, vocali sua post se relicta, vti apud Ebraeos in אֶזְיָא pro אֶזְיָא perdam te Ez. XXVIII, 16. מֵלֶפְנֵי pro מֵלֶפְנֵי docens nos Iob. XXXV, 11. אֶזְיָא pro אֶזְיָא fastus Iob. XXII, 29. cet. Sic etiam apud Syros v. g. in אֶזְיָא pro אֶזְיָא docebit Matth. V, 19. אֶזְיָא pro אֶזְיָא docens c. IV, 23. אֶזְיָא pro אֶזְיָא docere c. XI, 1.

§. XI.

Est et aliud *Olaph otiantis* genus, cum id subducta linea occultari Syris dicitur: vt אֶזְיָא cognatus, אֶזְיָא alius, אֶזְיָא homo, et cum praefixo אֶזְיָא in homine, אֶזְיָא in arcano; quae leguntur *chjón, chrén, nosch, bnosch, broz*, neglecto in pronunciatione

Olabh, quod in scriptura non nisi originis seruandae causa exprimitur, coll. Praefidis Syriacae p. 25. Idem apud Ebraeos de *Aleph* obtinet in medio vocis post *Schua*: vt Deut. XXXII, 6. הַלִּיהוּהוּ *numquid Domino*, quod perinde legendum, ac si scriberetur הַלִּאֲדוֹנַי, nempe non *baladonai*, vt fit ab imperitijs, sed *baladonai*, otiante *N*, quia neque vocalem, in qua quiescat, ante se, neque vocalem vel *Schua*, quibus moueri possit, sub se habet. Sic Gen. XLV, 14. צִוְּאֵיכֶם *colla*, Ier. XXVII, 12. צִוְּאֵיכֶם et Mich. II, 3. צִוְּאֵיכֶם *colla vestra*, et Ios. X, 24. צִוְּאֵיהֶם *colla eorum*. Quemadmodum autem Syri alias insuper litteras occultant, hoc est, scribunt sed non legunt; ita et apud Ebraeos eadem de causa, hoc est, vt origo vocum seruetur, *Iod* et *Sin* otiantur in proprijs hisce, Ier. XXXVII, 13. 14. יִרְאִיָּה pro יִרְאִיָּה *Jirija*, Gen. IV, 18. מְחִיִּיאֵל pro מְחִיִּיאֵל *Mechijael*, et c. XXX, 18. יִשְׁשַׁבַּר *Ifaschar*, vel potius *Isfachar*, forte quod sit pro יִשְׁשַׁבַּר *est merces*.

§. XII.

Probabile fecimus §. VIII. *Iod* initiale Ebraicum, vocalem *I* substratam habens, aliquando vt *Aleph* lectum veteribus fuisse, ad modum Syrorum. Quod si est, igitur minus mirum censetur, si eodem modo, vt facit *Aleph* secundum §. IX, etiam ipsum *Iod* initiale, vocali Chirek notatum, post Praefixa vocali vacua, remissa ad haec vocali sua Chirek, otietur. Fit hoc quidem in paucis, his tamen sequentibus exemplis: Iob. XXIX, 21. וַיִּחַלְוּ pro וַיִּחַלְוּ *et expectabant*, secundum *Ben Naphthali* libros, que complures in editione S. Codicis Halensi citatos; Ier. XXV, 36. וַיִּלְלֵהוּ pro וַיִּלְלֵהוּ *et ciulatus*, coll. Varr. lectionibus in Edit. modo dicta; Prou. XXX, 17. לִיקְוֹתָהּ pro לִיקְוֹתָהּ *obedientiae*; Psal. XLV, 10. בִּיקְרוֹתֶיךָ, vel cum *dageschato* בִּיקְרוֹתֶיךָ, secundum MS. V. Erfurt. aliosque, et *Ben Naphthali*, (vt est cum in impresso variationum *B. Naphthali* et *B. Ascher* indice, tum in *Michlal Iophi*,
et

et ad marginem edit. Bragadinae Venet. A. C. 1678.) pro *בְּיַקְרוּתִי* in *charis tuis*; et Cohel. II, 13. כִּי־תִרְוֶן pro כִּי־תִרְוֶן *secundam praestantiam*. Syrismus is est, quo *Iud* vocalem I substratam habens, legitur vt *Olapb*, indeque perinde ac *Olapb*, reiecta hac sua vocali ad praecedentem consonam vocalis expertem, quiescit, idque semper et nullis in contrarium exemplis: vt *וַיִּקְרְבוּ* pro *וַיִּקְרְבוּ* et cognouerunt, *וַיִּבְּרְאוּ* pro *וַיִּבְּרְאוּ* in nato, coll. Praefidis Syriacismo p. 8. c) et p. 103. d). Nec tamen huc, vt visum est aliquibus, pertinet 2 Par. XXVI, 5. בְּרֵאֵת הָאֱלֹהִים, quasi id esset pro בְּרֵאֵת, et hoc pro בִּירֵאֵת in *timoribus*, vel pro בִּירֵאֵת in *timore Dei*; de qua siue lectione siue interpretatione vide Varias lectiones in Edit. Halensi: quia Nomen יֵרֵאֵת nuspiam legitur in Plurali, Singularis vero בִּירֵאֵת non nisi in paucis reperitur codicibus; vnde rectius exponitur siue in *visionibus*, siue in *visione Dei*.

§. XIII.

Ad VOCALES nunc pergimus. In quibus id videri posset ratione quantitatis *άνωμαλον*, quod Suffixum 1. personae singularis *נִי* me, post Verba 2. et 3. personae singularis Praeteritorum vbique pro longa (ˆ) breuem vocalem (˘) habet; vt 1 Par. XVII, 17. רֵאִיתִנִּי *vidisti me*, Psal. XVII, 3. צִרְפַּתִּנִּי *liquauisti me*, Gen. XLV, 5. שָׁלַחִנִּי *nisi vel in pausa sit*, vt Ex. V, 22. שָׁלַחִתִּי, Num. XVI, 29. שָׁלַחִנִּי; vel, vt plurimum saltem, 3. radicalem ה quiescentem implicet, vt Prou. VIII, 22. בָּנִי *habuit me*. Cur enim illud *נִי* non aequè per (ˆ) scribitur, ac Suffixum 1. pers. plur. נֵי, v. g. Psal. LXVI, 10. בִּחַנְתִּנוּ *probauisti nos*, et צִרְפַּתִּנוּ *liquauisti nos*, Pf. CXXIV, 6. נָתַתִּנוּ *dedit nos*? Sensit mirum huius phaenomeni *Abrah. ben Ezra*, sed ita vt rationem eius sibi imperuiam esse ingenue fassus sit, in צְחוּת f. 168. b. scri-

scribens : כל למד הפועל שיבוא עם נִי לעולם הוא פתוח כן
 נִי *Tertia radicalis Verbi ante Suffixum* מציאנוהו ולא נדע טעמו.
 ME *ubique habet Patach* (loco Kamets): *ita inuenimus illud, sed ra-*
tionem eius ignoramus. Enimvero Syriaismus probabilem huius
 phaenomeni rationem pandit: utpote in quo idem illud Suffixum
 1. perf. sing. non in Verbis solum, sed etiam in Nominibus et
 Particulis, scribitur quidem cum *Iod*, sed sine praeuia vocali I,
 v. g. אָמַוּתִי אָמַוּתִי *amauit me*, עָלַמְתִּי עָלַמְתִּי *erudiuisti me*,
 מִשְׁכְּבִי מִשְׁכְּבִי *cubile meum*, בְּחַרְרִי בְּחַרְרִי *post me*. Eius rei ra-
 tionem dant Grammatici, quod Syri vocalem I in Suffixo 1. per-
 sonae inter pronunciandum vel prorsus negligant, vel furtim tan-
 tummodo ac dimidiate expriment. Igitur si et apud Ebraeos I
 in Suffixo נִי concipiatur non nisi furtim esse pronunciatum,
 praecedens syllaba velut composita erit, ac adeo vocalem paruam
 Patach admittet: plane ut et apud Chaldaeos, ex eadem probabi-
 liter ratione, scribitur אָבִי אָבִי *pater meus* Dan. V, 13. הוֹדַעְתִּי
scire fecisti me c. II, 23. quae si ad modum Syrorum legas *abb* pro
abbi, *boda'tan* pro *hoda'tani*, vocalis parua minorem habebit ano-
 maliam.

§. XIV.

De NOTIS DIACRITICIS Ebraeorum obseruamus, eas
 per compendium in scribendo coniungi in vnum: idque 1) cum
 figuris vocalium, ut punctum diacriticum שׁ et שׂ cum *Cholem*,
 v. g. שָׁלַשׁ pro שְׁלֹשׁ *tres*, שְׁנָא pro שְׁנָא *osor*; 2) alias cum aliis,
 ut punctum *Rebbia* cum gemino puncto *Sakephkaton*, secundum
 plerosque codd. Gen. XXXV, 22. in רֹאבֶן pro רֹאבֶן; et sec. edit.
Buxt. Deut. V, 15. in מְצָרִים pro מְצָרִים: et punctum criticum
 extraordinarium cum puncto accentuali *Sakephkaton*, Gen. XVIII, 9.
 אֵלָיו ad eum, pro אֵלָיו; 3) easdem eorundem accentuum figuras,
 vbi ex diuersa consecutione geminari debuerant, ut Gen. XXXV,
 22.

22. ויהי בשכן ישראל בארץ החור וילך, et in Decalogi, geminis accentibus cetera instructi, verbis aliquot, vt Ex. XX, 2. יהוה, v. 4. ואשר, v. 5. ולא, et ibid. אל קנה פקר. עון אבת על-בנים על-רבעים, et sic in reliquis accentus simplices pro virtualiter geminatis haberi debent. Quod ne cui mirum videatur, prouocamus ad simile scriptionis compendium Syris vlitatum, vtpote quibus pariter in vnam figuram coalescunt 1) puncta vocalia *Zekopho* ֿ et *Pethocho* ֿ cum diacritico טֿ; siue *Risch*, vt נֿון pro נֿון *ignis*, אֿסודא pro אֿסודא *fundamenta eius* Matth. VII, 25. 2) diacritica *Ribbui* ֿ, indicando Numero Plurali, cum diacritico טֿ; vt Matth. XV, 24. אֿבא pro אֿבא *oues*.

§. XV.

Speciatim *Dagesch* impressum ם mediano Nominis numeralis שְׁתַּיִם, שְׁתַּיִם, שְׁתַּיִם *duae*, difficultatem parit. Nam siue pro *Dagesch forte* habeatur, repugnat ei praecedens *Schua*, quo stante sequens littera geminari nequit; siue pro *leni*, obstat itidem praecedens *Schua*, si quidem (vti vulgo existimatur) sit *mobile*. Nos tamen pro *leni* id habemus, quia Iud. XVII, 28. מִשְׁתַּיִם post *Schin* per *Dagesch forte* geminatum, secundum plurimos melioresque codices, suffragante *Masora*, excidit; et contra, Ion. IV, 11. in מִשְׁתַּיִם, vbi ם *Dagesch forte* amisit, redit. Vt autem *Dagesch leni* tueri se possit, praecedens *Schua* sub littera ם in hoc Numerali specialissime pro *Schua* quiescente capiendum, legendumque non *schethaim*, sed *schraim*, vt si scriberetur cum ם praeformatiuo אִשְׁתַּיִם. Syrisimum igitur id sapit, vtpote in quo numeralia אִשְׁׁׁ *sex* et אִשְׁׁׁׁׁ *sexaginta* itidem leguntur velur cum implicito *Olaph* prosthethico *eschtho* et *eschthin*. vnde et cum *Olaph* explicito reperitur אִשְׁׁׁׁׁ *sex* Luc. I, 26. Gen. I, 31. coll. Praefidis Syriaismo



p. 6. eademque numeralia non aliter Praefixa accipiunt, quam vt nomina inchoata per Olaph cum substrata vocali E; vt Iac. V, 17. ܐܘܠܐܝܢ *et sex*, Marc. IV, 20. ܐܘܠܝܟܘܢܝܢ *in sexaginta*, vnde et cum explicito Olaph scribitur ܐܘܠܝܟܘܢܝܢ quod *sexaginta* Num. I, 21. Luc. I, 26. 36. coll. eodem Syriaſmo p. 103. Simili modo Syri alias quoque voces ab ſibilantibus litteris vocali vacuis inchoandas, cum praeuio Olaph et extulerunt et ſcripſerunt, v. g. ܐܘܠܝܒܝܢ pro ܘܠܝܒܝܢ *bibit*, ܐܘܠܝܢܘܨܝܢ pro ܘܠܝܢܘܨܝܢ *inuenit*; exoticasque imprimis, vt ſunt ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ* 1 Tim. V, 23. ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ* Luc. XV, 22. ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ* c. XXIII, 19. cet. et Chaldaei, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ* ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ*, cet. apud *Buxtorſium* in Lex. Chald. Talm. Rabbinico c. 155. ſqq. faciſſimae prononciationis ergo.

§. XVI.

Singulare eſt, quod *Aleph* initiale apud Ebraeos loco *Chatephatach* vel *Chatephsaegol* aliquando habet *Tſere*: vt in Verborum Futuris, Zach. VII, 14. ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ pro ܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *exturbabo illos*, Eſa. XXXIII, 10. ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ pro ܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *extollar*; in Imperatiuis, Ex. XVI, 23. ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ pro ܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *pinſite*, Eſa. XXI, 12. c. LVI, 9. 12. ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ pro ܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *venite*. Num et in Nominibus, tum adpellatiuis, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *praefepe*, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *linum*, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *ſidelitas*, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *vinculum*, itemque ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *bysſopus*, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *cingulum*, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *humerale*; tum propriis, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *Ebud*, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *Echud*, ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *Echi*, et ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ *Ephod*? Ita ſentit Cel. 10. SIMONIS tum in *Arcano formarum* p. 69. 80. 70. 151. 145. tum in *Onomastico V. T.* p. 40. 46. 66. 88. adeo vt *Tſere* ſub *N* in his formis eſſet pro *Chatephsaegol*, ad inſtar ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ , ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ , ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ . Addi poterit *Asſyrii* regis nomen ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ 2 Reg. XIX, 37. Exiſtimari quidem poſſit, *Tſere* in adpellatiuis illis adlatis eſſe formatiuum, idque dupliciter, primo vt ſit purum et variabile, ſicut in ܐܘܠܝܘܠܝܘܢܝܢ

COR

cor et שֵׁעַר *pilus*; secundo vt impurum fit et inuariabile, sicut in כָּכַר *peregrinus*, vel *peregrinitas*, quod est pro נִיכָר, formae יְהוּדָה *celeusima*, הַיְכָל *templum*: sed priori quidem sententiae obstat, quod nomina ista in statu constructo singulari Tserē suum seruant, v. g. Esa. I, 3. אֲבוֹסֵי בְעֵלְיוֹ *praesepe dominorum suorum*, Prou. VII, 16. אֲמוֹן מִצְרַיִם *linum Aegypti*, 1 Sam. II, 18. אֲמֹר בְּדָה *humeralē lini*, siue *lineum*; quod secus fit in constructis לִבָּב *cor* Ex. IV, 5. et שֵׁעַר *pilus* Num. VI, 5. alteri vero contrariatur, quod eadem in incremento finali Tserē abiiciunt, vt אֲבוֹסֵיכֶם *praesepia* Iob. XXXIX, 49. אֲמוֹנֵיכֶם *fidelitates* Psal. XXXI, 24. אֲסוּרֵיכֶם *vincula* Iud. XV, 14. quod secus fit in הַיְכָלִים vel הַיְכָלוֹת *templa* Psal. XLV, 9. Hof. VIII, 14. Igitur Cel. SIMONIS sententiae tanquam probabili libenter accedimus, agnoscentes in exemplis istis adlatis *Syrismum*, secundum quem *Olap* initiale, vbi per analogiam vocali vacare debuisset, vbique vocalem adsumit, vt אָכַל *comedit* et אָכַל *cepit*, pro אָכַל et אָכַל, formae אָכַל *interfecit*, coll. Praesidis *Syrialismo* p. 19. et 47. a).

§. XVII.

TONVS vocum apud Ebraeos vbique vel in vltima vel in penultima syllaba figitur: vnicum tantummodo est exemplum Esa. L, 8. נֶעְמְדָה *stamus*, in quo tonum occupat antepenultima.

Quid igitur de hoc statuendum? Vt ne regulam alias vniuersalem infringat, dicendum viderur, mediam vocis vocalem raptim esse pronunciandam, vt cum praecedente vocali in vnam veluti coeat syllabam, ea fere ratione ac si scriberetur נֶעְמְדָה, ad instar נַחֲשָׁבָה *cogitemus* Jer. XVIII, 18. quomodo vox non tribus, sed duabus (saltem perfectis) constabit syllabis, nec in antepenultima, sed in penultima habebit tonum. Lucem res capiet ex *Syrialismo*, in quo, vt toni sedes pariter ac in *Ebraismo* vel in penultima

C

tima

tima est, vel in vltima, ita si quando contingat, tonum ad antepenultimam referri, (quod fit, quum concurrentibus duabus in medio vocis litteris, quae vocali carere poterant, prior illarum assumit E) eadem concurrentium litterarum prior vna cum vocali adsumit lineolam diacriticam horizontalem infernam, *Mehagjono* dictam, vt notetur, syllabam mediam cum vocali quidem efferri, sed tenuius, tonumque post adsumtam in medio vocalem, remanere in ordinaria sede, haud aliter ac si mediana vocalis non adeset: vt ܐܘܪܝܢܐ *timor*, ܐܘܪܝܢܐ *oriens* cet. quae leguntur non *dechélto*, et *madéncho*, sed *déchéltto* et *mádencho*, idque tam tenui medianae vocalis motu, acsi pronunciaretur *dechltto* et *madncho*; vnde et sine vocali mediana saepe scribuntur ܐܘܪܝܢܐ et ܐܘܪܝܢܐ . Vide Praefidis Syriaismum p. 24. sq. §. VI.

§. XVIII.

Ad Syriaismos quoque referimus, cum tonus ante suffixum nominale i. personae in penultima syllaba aliquando suspenditur: vt quum Naeman, homo quidem Syrus, Ebraice tamen loquens inducitur 2 Reg. V, 18. $\text{בְּהַשְׁתַּחֲוִיתִי}$ *in adoratione mea*, cum tone in penultima, indeque cum accentu Paschta geminato; et quum Mich. VII, 8. 10. bis legitur אִיבֹתַי *inimica mea*, penacute. Certe Syri scribunt Matth. IX, 18. ܒܢܝܐ *filia mea*, 2 Cor. II, 3. ܘܒܢܝܐ *gaudium meum*, Eph. III, 4. ܘܒܢܝܐ *scientiam meam* Matth. XVI, 18. ܘܒܢܝܐ *ecclesiam meam* cet. legentes ea haud aliter acsi Ebraice scripta essent בְּרַתִּי , חֲדוּתִי , יְדַעְתִּי , עֲדַתִּי , id est, cum suffixo quidem Iod, sed sine praevia vocali, quam proin vel negligunt prorsus, vel non nisi furtim pronunciant, vt ostendimus §. XIII. vnde consequitur, vt tonum non in suffixo, sed in praecedente syllaba figant. Forte hoc apud Ebraeos postmodum et ad propria quaedam dimanavit virorum Nomina, ܘܒܢܝܐ *Cbanáni* 1 Reg. XVI, 1. ܘܒܢܝܐ *Cbenáni* Neh. IX, 4. ܘܒܢܝܐ *Anáni* 1 Par. III, 24. et ad adpellatiua aliqua habentia Iod paragogicum, Thren. I, 1.

ܘܒܢܝܐ
 ܘܒܢܝܐ

בְּגוֹיִם *ampla inter gentes*, et שָׂרְתִי בְּמַדִּינֹת *princeps inter provin-*
cias, Hof. X, II. אֲחַבְתִּי *amans*: quod tamen aliorum ulteriori
 disquisitioni nunc relinquimus.

§. XIX.

Ab orthographia vertimus nos ad ETYMOLOGIAM, quam
 pariter ex Syrisimo, secundum partes orationis, Verba, Nomina
 et Particulas, illustraturi, ex ordine Orientalibus Grammaticis re-
 cepto, a Verbis merito initium facimus, considerando illorum
 Accidentia, quatenus ex Syriacis nostro iudicio aliquid capere pos-
 sunt lucis.

§. XX.

Quod igitur ad SPECIEM Verborum, sunt illa vel *primitiva* vel
deriuatiua. Et *deriuatiuis* quidem *quadrilittera* quoque, cum Nomi-
 nibus inde deductis, accenseri debere, vna cum deriuationis et
 formationis modo, Praeses in Syriacismo pag. 32. 33. dilucide
 ostendit: ad cuius instar Ebraica quadrilittera, eorumque origi-
 nem, nunc declarabimus. Vt autem Syriaca, ita et Ebraica *Qua-*
drilittera a trilitteris orta sunt, idque vel I) per *gminationem* seu *re-*
petitionem vnus alteriusue litterae radicalis, v. g. a) 1. et 3. ra-
 dicalis, טֹלַטַל *iaculare* a טוּל *iacere*, כֹּלְכֹל *sustentare* a כוּר *sustinere*,
 וְשִׁמְעִי *exaltare* a שֹׁמֵעַ *altum esse*; b) 1. radicalis, גִּלְגֵּל *volutare* a
 גָּלַל *voluere*, עוֹעֵר *excitare* ab עוּר *expergisci*, vti שִׁמְעֵר *exacerbare*
 a שִׁמְעַן *amarum esse*; c) 1. et 2. radicalis, הִעֲתַע *decipere* a
 הָעָה *errare*, עֲרֵעַר *desolare* ab עָרָה *nudare*, vti טֹפֵּטֹפֵּט *fu-*
migare a Chald. טֹפֵּטֹפֵּט *extinctum esse*; d) 3. radicalis, אִמְלֵל *viribus*
exhaustum esse ab אָמַל *languere*, קִלְקַל *vilissimus* a קָל *vilis*, vti
 אִלְלֵבֵב *cupidine ardere* ab Ebr. יָאֵב *cupere*: vel II) per *adiectio-*
nem nouae alicuius litterae, idque 1) per *prosthesin* ab initio,
 א) הַה, in הֵיכָל *palatium, templum*, ab יָכַל *posse* et generatim ca-



pacem esse, vt אֶסְמַח credidit ab אֶסְמַח stabilis, firmus; b) ס in סִנּוּר caecitas, σκῶψμα, ab inusitato סִנּוּר lumine priuauit, ab Arab. نور lucere, a quo apud Ebraeos superest נֹר lacerna, et מְנוֹרָה candlelabrum, vt אֶסְמַח אֶסְמַח aduersatus est, a סֶכַח obuius, contrarius fuit; c) שׁ in שְׁלֵחַת־שׁ flamma, a לַחַב vel לַחַבְתָּה idem, שְׁקַעְרוֹרָה caritas, ab Arab. קַעַר profundus fuit, profundum petit, geminata simul 3. radicali, et pr. שְׁנַעַר excusatio, id est, Babylonia, vnde hominum genus post aedificatam turrin Babylonicam quaquaversum excusum fuit Gen. X, 2. 8. vt אֶסְמַח אֶסְמַח impleuit, a אֶסְמַח idem, אֶסְמַח seruire fecit, ab אֶסְמַח seruiuit; d) ח in חֲחָרָה cursu certavit, ferbuit, a חָרָה ardere, תְּפוּץ dispersa, vnde Ier. XXV, 34. וְתַפְּרוּצוּתֵיכֶם et dispergam vos, a תְּפוּץ dispersere, תְּרוּגַל pedem grossum formauit, a רִגְלָא pes, תְּרוּגָם interpretari, ex lingua vna in alteram transfundere, a רָגַם funda iacere, transfundere: 2) per עֵבְרִיתָא, in medio vocum, a) ו in שׁוּרֵשׁ radicari, a שׁוּרֵשׁ radix, שׁוּרֵשׁ diripere, a שָׁסָה idem; vt אֶסְמַח אֶסְמַח abripuit, ab Ebr. גָּזַל idem, אֶסְמַח contorsit ab Ebr. עָקַד colligauit; b) י in יְדָדָה celestina, ab obsoleto יְדָדָה, Ar. اَدَد sonum edidit, et اَدَد exultauit, מְלִיפָה malteus ab obsoleto מְלִיפָה, vnde apud Graecos superest κοιλίωσ tun-do; vt אֶסְמַח אֶסְמַח sustinuit, a Chald. סִבַּר idem; c) ס in סִרְסָם suffodere ab inusitato סִרְסָם, vnde superest סִרְסָם vinea, et אֶסְמַח aruam; it. in pr. אֶסְמַח אֶסְמַח Casluchaeus Gen. X, 14. a אֶסְמַח, a quo nomen loci אֶסְמַח ibid v. 14. imprimis si assumatur, quod SAM. BOCHARTVS in suo Phaleg. l. IV. c. 31. probabile effecit, Casluchaeos fuisse Colchos; vii אֶסְמַח a tergo a אֶסְמַח post; d) ר in רֵמְפָה ramus a רֵמְפָה idem, וְרֵמְפָה sceptrum a שְׁבֵט idem, et in proprio דְּרֵמְשָׁק pro דְּרֵמְשָׁק

דַּמַּשְׁקַּי *Damascus* 1 Par. XVIII, 5. 6. vti כֶּסֶם *solium* ex Ebr. כֶּסֶם
idem, וָחַיִּי ^v voluit ab וָחַיִּי ^v idem; 3) per *paragogen* in vocum
fine, eamque טָזָה, ה, ה vel ו, vt טָהוּהוּ *iaculari*, vnde Gen. XXI, 16.
הַשְׁתַּחֲוִי בַמַּטְחֵי קֶשֶׁת *sicut iaculantes arcu*, הַשְׁתַּחֲוִי *prostravit se*, a שָׁחָה
humilis fuit, Ier. XV, 10. מְקַלְלֵנִי *pro* מְקַלְלֵנִי *vel* מְקַלְלֵנִי *male-*
dicens mihi, (Psal. XX, 4. יְרֻשָׁה *pinguia habeat*, 1 Sam. XXVIII,
15. וְאֶקְרָאתָ *et vocavi*, et Prou. XXIV, 14. דַּעָה *agnosce*, aliorum
spectare videntur) et in Nomine הַלְכָה *vel* הַלְכָה, vnde Pl.
הַלְכָה *miseri* Psal. X, 8. 10. forte et in תַּחְרֵי *lorica* Ex. XXVIII,
32. c. XXXIX, 25. vti apud Syros *Iud*, Ebraeorum נ vel ה *quie-*
scenti respondens, in מְפַצֵּם *publicavit*, מְפַצֵּם *mutavit*, מְפַצֵּם
obfuscauit, a trilitteris מְפַצֵּם, מְפַצֵּם, et מְפַצֵּם, idem significan-
tibus.

§. XXI.

Ratione QUALITATIS Verba vel *regularia* sunt, vel *irregu-*
laria; et haec 1. *guerraralia*, 2. *guarificata*, 3. *defectiua*, 4. *geminata*.
De *irregularibus* obseruamus: a) ea formas suas interdum permu-
tare, significatu manente vel eodem vel saltem cognato, vt אָסַף
esse desit, אָסַף pro אָסַף *imminutus est*; יָסַף et אָסַף *addidit*; אָוֹר et
אָוֹר *cinxit*; אָוֹר et אָוֹר *altus fuit*; אָוֹר et אָוֹר *venit*; אָוֹר et
אָוֹר *strepuit*, אָוֹר et אָוֹר *cinxit*; אָוֹר, אָוֹר, אָוֹר et אָוֹר *impulit*;
אָוֹר et אָוֹר *secuit, circumcidit*, cetera. Quod Ebraicae cum
Syriaca lingua commune est, docentibus id exemplis, quae Prae-
ses in Syriacismo attulit p. 34. V. b) Verba mediae rad. ו pro
diuerso significatu diuersam subire flexionem et formam. Nam
v. g. integra חָוֵר, חָוֵר, חָוֵר, חָוֵר, חָוֵר et חָוֵר sunt *pallefce-*
re, cingere, iniuste agere, excoecare, curuare, laxum esse, et vocife-
rari;

rari; at eadem defectiua seu quiescentia חור, העיד, עור, עור, עור, עור, et שוע, sunt *candidum esse, testari, lactare, euigilare, tempestive agere, odorari et saluum esse*: quae significationes etsi in quibusdam affines sint, tamen differunt. Idem fit apud Syros: vt כּוּט *pugno cepit*, at כּוּט *deflexit*; כּוּט *albuir*, at כּוּט *intuitus fuit*; כּוּט *refocillauit*, at כּוּט *olfecit*; כּוּט *germinauit*, at כּוּט *liquatus fuit*.

§. XXII.

Quod ad CONIVGATIONES, *significatio* illarum apud Ebraeos subinde specialior ex Syriacismo illustrari potest. Prima illarum *Kal* in Praeterito triplicem formam habet, 1. קטל, 2. קטל, 3. קטל: quarum haec rarior, illa frequentior, ista vrsitatissima est. Ac media quidem forma קטל significatione vix alia gaudet, quam intransitiua et quasi passiuua, ita vt Graecorum Latinorumque Verbis siue Passiuis siue Mediis Deponentibusue respondeat, et ex actiuo et passiuo velut mixtum quid notet: idque I. GENERATIVIM, VI כּוּט *reum esse vel fieri*, כּוּט *inualescere*, כּוּט *magnum esse, vel fieri*, כּוּט *adhaerere*, כּוּט *pinguescere*, כּוּט *baereditare*, כּוּט *induere, indui, indutum esse*, כּוּט *plenum esse vel fieri*, כּוּט *suauem esse, deliciar*, כּוּט *inualescere*, כּוּט *progredi, prouehi*, כּוּט *sanctum esse vel fieri*, כּוּט *sciscitari*, כּוּט *saturum esse vel fieri*, כּוּט *obliuisci*, כּוּט *subsider*, כּוּט *demit*, כּוּט *habitare, anapauere*, כּוּט *audire*, כּוּט *auditu tangi*:

II. spe-

II. SPECIATIM, idque 1) ad notandum corporum decremēta, debilitatem, priuationem, vitia, vt פָּסַח cesare, παύεσθαι, et aliquando ex versione τῶν ὀ. αἰρεσθαι tolli, יָקַן consenescere, παλαιῶσθαι, חָרַל desinere, ἀφίστασθαι, ὕמח fermentari, ζυμῶσθαι, הָחַן et נִמְטִי impurum esse vel fieri, μολύνεσθαι, חָסַר carere, ὑστερεῖσθαι, שִׁבֵּשׁ arefcere, ξηραίνεισθαι, כָּבֵד grauem esse vel fieri, hebescere, βαρῦνεσθαι, מָוַי mori, θανατῶσθαι, נָבַל marcescere, defluuium pati, παλαιῶσθαι, שָׁשַׁע contabescere, נִמְצָה sive, a siti adfici, קָמַל languescere, רָעַב esurire, famem pati, מִשְׁמַשׁ deuastatum esse vel fieri, הִשְׁפִּיל humiliari, ταπεινῶσθαι; 2) ad notandum adfectus, quae sunt animi παθήματα seu passiones; vt אָהַב amare, נִחַח delectari, εὐαγεσεῖσθαι, ἠμείρεσθαι, βέλεσθαι, חָפַר pudore suffundi, ἐπαισχύνεσθαι, ἐντρέπεσθαι, αἰδέσθαι, יָרָא vereri, φοβεῖσθαι, הִשְׂמֵחַ gaudere, laetari, εὐφραίνεισθαι, מִשְׁשָׁה obstupescere, ἐξίσασθαι, נִשְׂאָה odise siue ἐχθραίνεισθαι, inimicari. Obstat obseruationi nostrae exemplum (vt putamus) vnicum נָפַח caedere, excidere, quod mere transitivum est, ac adeo exceptioni adscribatur per nos licet: nisi id malis cum Latino lignari, quod sub Passiui forma deponens est, conferre. Interim firmat obseruationem consensus non Arabicae solum linguae, (de qua tamen in praesenti non agimus) verum etiam Syriacae. Praeter exempla a Praefide in Syriacismo p 39 factura lance adlata, huc pertinent גָּבַח gravidam esse vel fieri, גָּבַח in genua procumbere, גָּבַח exarescere, גָּבַח discere, doctum esse, גָּבַח praestare, maiorem esse vel fieri, גָּבַח sedere, גָּבַח vesci, גָּבַח castum esse, גָּבַח ascendere, גָּבַח petere, גָּבַח pinguem esse, גָּבַח conualescere, etc.

§. XXIII.

Altera Coniugationum *Niphal*, quae ordinarie Verba Passiva ex prima *Kal* ducit, contra ex *Hiphil* aliquando Passiva Verba format: v. g. מוֹנֵר מוֹנֵר *moneri* cum effectu, *cautum esse*, ex הוֹזִיר *monere*, *cautum facere*; Leu. IV, 14. וְכוֹרְעָה *et*, non *cognitum*, sed *notum factum fuerit*, per alios, puta, coll. v. 23. 28. vbi pro eo est, הוֹרֵעַ אֵלָיו *si notum quis fecerit ei*; נוֹשֵׁעַ *saluari*, ex הוֹשִׁיעַ *saluare*; Deut. XXXIII, 29. יִפְחֹשׂוּ *mentiri* (i. e. *adulari*) *cogentur*, ex הִכְחִישׁוּ *mentiri fecit*; נִכְּחָה *percuti*, ex הִכָּה *percutere*; נִכְּרָה *dignosci*, ab הִכִּיר *dignoscere*; Eisa. XLIV, 21. לֹא תִשְׁכַּח *ne fias obliuisci* (i. e. *ne inducaris ab aliis ad obliuiscendam*) *mei*, ab הִשָּׁח *obliuisci fecit*; Ezech. XIV, 4. 7. לֹא נִעַנְתִּי לוֹ *et* נִעַנְתָּ לּוֹ *mouebor ad respondendum ei*, ab הִעַנָּה *ad respondendum mouere*; Ex. XXII, 7. וְנִקְרַב *et accedere fiet*, siue *adducetur*, ex הִקְרִיב *adducere*; מִנְעַע non, *moneri*, velut ex *Kal* רָנַע *mouere*, sed, *tranquillari*, ex *Hiph.* הִרְנִיעַ *qs. demouere*, i. e. *tranquillare*; נִשְׁבַּע *iurare*. נִשְׁבַּע *iureiurando obstringi*, ab הִשְׁבִּיעַ *adiurare*; et 2 Sam. XXII, 27. Psal. XVIII, 45. יִשְׁמַע non, *audientur*, sed, *dicto audientes fiene*, ab הִשְׁמִיעַ *audire facere*. Eodem modo Syrorum Coniugatio *Ethpeel*, quae Ebraicae *Niphal* respondet, non semper ex prima, sed ex quarta *Aphe*, quae *Hiphilicae* Ebraeorum מוֹסִיפֵת, passiuam significationem habet. Exempla dedit Praeses in Syriaaco p. 36. β) et p. 130. §. VI. quibus illustrandis sequentia addimus loca ex Versione N. T. Syriaca: Marth. II, 12. וְנִגְזַר *et ostensum est*, non ex נִגְזַר *vidit*, sed ex וְנִגְזַר *videre fecit, ostendit*; Eph. III, 35. וְנִגְזַר *non, cognitum, sed notificatum est mihi*, ἐπεμαρτυρηθη, ex וְנִגְזַר *scire fecit, notificauit*; Ioh. I, 31. וְנִגְזַר *non, auditus, sed, dicto audiens siue obediens factus est*, ὑπακούως γενόμενος, ex

ex אָמַלְטָא ^{אָמַלְטָא} *audire fecit*; Matth. IV, 12. אִשְׁרָא לֹא מִלְּמַד ^{אִשְׁרָא} *non, perfectus est,*
ex מִלְּמַד ^{אִשְׁרָא} *finit, sed, traditus est, ex אִשְׁרָא ^{אִשְׁרָא} tradidit.*

§. XXIV.

Porro Verba Neutra Ebraeis aliquando pro *Passivis* venire, probant exempla: vt Deut. XXII, 3. אֲשֶׁר תֵּאֱבֹד מִמֶּנּוּ ^{אֲשֶׁר} *quae perit* (pro, *amisa est*) ab eo; Hof. XIV, 2. *sicut furnus מאֲפֶחֶה ardens* (i. e. *ardere factus, siue succensus*) a pistore; Ex. XXX, 32. *super carnem hominis לֹא יִיָּסַף non desuet, i. e. non effundetur*; Gen. I, 26. וַיִּשָּׁם ^{וַיִּשָּׁם} *et iacuit* (pro *repositus est*) in arca; Ex. XXXII, 24. וַיֵּצֵא ^{וַיֵּצֵא} *et exiit* (pro, *effectus est*) vitulus bicce; plane vt Prou. XXIV, 4. וַיֵּצֵא לְצִרְחָה כְּלִי ^{וַיֵּצֵא} *et prodibit* (*efficietur*) aurifabro *vas*, coll. Esa. LIV, 16. מוֹצִיא כְּלִי לְמַעֲשֵׂהוּ ^{מוֹצִיא} *exire facientem* (i. e. *efficientem*) *vas ad opus suum*. Item Deut. XIV, 22. *feminis tui הֵיטָא הַשָּׂדֶה exeuntis* (i. e. *quod effertur*) in agrum, coll. c. XXVIII, 38. *semen multum הוֹצִיא הַשָּׂדֶה efferes in agrum*; Zach. XIV, 2. וַיֵּצֵא ^{וַיֵּצֵא} *et exhibit* (non ex se et sua sponte, sed coacta; i. e. *abducentur*) *dimidia pars urbis in captiuitatem*; c. XI, 2. יָרַד ^{יָרַד} *descendit* (i. e. *caesa s. deiecta est*) *silua ardua*; Ezech. XXVI, 11. *statuae tuae validae in terram תָּרַד descendent, i. e. deiicientur*; 1 Sam. XIV, 39. *moriendo morietur, pro, occidendo occidetur, quomodo et v. 44. alibique saepe*; Iof. VII, 4. וַיִּכְסּוּ ^{וַיִּכְסּוּ} *et fugerunt, i. e. fugere coacti s. fugati sunt*; Esa. X, 34. *et saltus Libani per potentem יִפּוֹל cadet, i. e. caedetur*; Leu. II, 12. *ad altare יַעֲלוּ לֹא non adscendent, i. e. adscendere fient seu offerentur*; 2 Reg. III, 20. כַּעֲלוֹת ^{כַּעֲלוֹת} *cum adscenderet* (i. e. *offerretur*) *munus*; Iob. V, 26. כַּעֲלוֹת ^{כַּעֲלוֹת} *sicut adscendit* (i. e. *aggeritur*) *aceruus frumenti tempore suo*; Dan. XI, 31. וְזַרְעֵיהֶם מִמֶּנּוּ יַעֲמְרוּ ^{וְזַרְעֵיהֶם} *et brachia* (agmina militaria) *ab illo stabunt, i. e. constituentur*; Gen. XXIII,

D

17. 20.



17. 20. וַיִּקָּם *et stetit*, i. e. stare factus seu confirmatus est; c. XLIII,
 18. אֶרְגֶּב *quod reuertit* (i. e. restitutum est) in saccos nostros,
 coll. v. 12. vbi id efferebatur in Hophal הַמְוִשֵׁב *restitutum*; et
 Coh. I, 15. לְהַקֵּן *rectum esse*, i. e. rectificari seu emendari. Idem
 apud Syros obtinere, Praefes in Syriacismo p. 128. sq. pluribus
 demonstrauit exemplis, quibus nunc addimus haecce: Matth.
 XII, 25. לְמִנְיָהּ *solitarium erit pro desolabitur*, ἑρημῶται; Leu. X, 18.
 וְלֹא יִבְרָא *non ingreditur*, ex Ebr. לֹא הִבְרָא *non illatum est*; Matth.
 XII, 25. וְלֹא יִבְרָא *non stabit*, i. e. non stabilietur, ἢ σαθῶσεται; ibid.
 v. 13. et Marc. III, 5. Luc. VI, 10. וְלֹא יִבְרָא *et recta fuit*,
 (i. e. rectificata seu restituta est) manus eius, ἢ ἀποκαταστάθη.

§. XXVI.

E contrario Verba Ebraeorum *Passiua* pro *actiuis*, ac adeo
 deponentialiter, aliquando veniunt; per actiua saltem reddi pos-
 sunt, vtut passionem forte inuoluant. Pertinent huc Partici-
 pium *Paul*: vt Cant. III, 8. יָחֹזֵי חֶרֶב *tenentes gladium*, quasi *te-
 nere facti*, id est, *instructi gladio*; אֲנֹשׁ *aegrotans*, *incurabilis*, quasi
aegritudinem patiens, seu *aegritudine adfectus*; Neh. IV, 12. *Quisque
 gladium suum erant* אֲסֻרִים *ligati* (i. e. *ligatum habentes*, seu *ligaue-
 rant*) *super lumbos suos*; Esa. XXVI, 3. Psa. CXII, 7. בְּמִוּחַ *confi-
 dens*, qs. *fretus*, *nixus*, et vt Latini quoque dicunt, *confisus*; Psa.
 CIII, 14. זָכוֹר *recordans*, seu qs. *passiue*, *recordatus*, *in memoriam
 rei ex se ipso ductus*; Num. XXXII, 17. חֲשִׁים *festinantes*, qs. *citi,
